UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 116. Conservatores an irrequisiti jurisdictionem suam possint exercere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

Reg 20 incip. actor. regulariter DD.*cap. cum ſit generale & cap. ſed cap. ex ſuſcepto de foro*
comp. Spec. in tit. de compet. Iud. adit. Ignatius Lopes d. loco.
Quinta , privilegium illud Caroli V. afficere non poteſt juriſdictionem Eccle- 12
ſiaſticam, quin exempti caſibus permiſſis aut etiam mixti fori ad ſuum conſervatorem
recurrent. Quia Cæſaris conſtitutiones ad juriſdictionem Eccleſiaſticam extendi
non poſſunt , uti in terminis tradit *Ignatius Lopes d. loco verſ. unde ex illa. d. cap.*
Eccleſia ſanctæ Mariæ & cap. civis ab Eccleſiarum de conſtit. cap. verum cap. Imperator.
diſt. 96. Peck cap. ea quæ numero 5. de reg. iur. in 6. Cardinalis Mantica locis ſupra ci-
tatis, neque refert, quod privilegium loquatur per verba generaliſſima quomodo- 13
libet. Quia nulla eſt diſpoſitio tam generalis, quæ reſtrictionem à diſponentis po-
teſtate atque habilitate non patiatur , *l. ſi mihi in via ff. de leg. 3. Oldra. conſ. 143. nume-*
ro 6, Chaſſaneus ad Conſ. Burg. Rubr. 7. §. 3. glo. verb. habille cacher. dec. 98. nume-
ro 20.
Sexta , privilegium hoc Caroli V. non ideò inane erit aut ſuperfluum , quia 14
vires ſortietur adverſus conſervatores, qui in caſibus mere laicis inter mere laicos co-
gnoſcunt , ſecus verò in caſibus qui ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectare poſ-
ſunt , uti eleganter & late in ipſiſſima hac materia in hipotheſi quæ evenit Collegio
Societatis Jeſu docet Ignatius Lopes loco hactenus ſæpe citato. Confirmari poſſet
uberius deciſo hujus quæſtionis ex eis, quæ ſuperius eadem prope in hypotheſi tradi-
dimus *quæſt. 39.* ad quæ lectorem ne tantologus ſim , remitto.

QUÆSTIO CXVI.

Conſervatores an irrequiſiti juriſdictionem ſuam poſſint exercere.

SUMMARIUM.

1. *Conſervatores ad utilitatem privatam irriquiſiti officium ſuum impartiuntur, ſecus ad utilitatem publicam.*
2. *Utilitas publica in quo verſetur.*
3. *Judex Eccleſiaſticus ex officio revocat Eccleſiaſticum ſe juriſdictioni laicæ ſubijcientem.*
4. *Diæceſanus cognoſcit de injuria illata clericis.*
5. *Superior poteſt annullare contractum, per quem aliquid poterat acquiri ſubdito.*

Pp Reſpon-

1 RESpondeo ad utilitatem privatam non poſſe exercere, *l. 4. §. hoc autem judicium uti DD. de dam. infecto.*

2 Secus verò ad utilitatem publicam, quam ego intelligo ſi forte exemptus alieno judicio ſeſe objiceret. Nam tunc præjudicium utilitatis publicæ vertetur, poſſetque conſervator pro intereſſe totius ordinis exemptorum etiam irre-
3 quiſitus ac exempto invito declinare atque inhibere. *Innoc in cap. contingat de ſent. excom. & Bald. in Margarita repertorii Innocentii verb. judex laicus ſi tenet aliquem incarcere. fol. 17. col. 3. cap. ſi judex laicum de ſent. excom. in 6.* ſicut enim Eccleſiaſtico judici id licet in clericis alieno ſe judici ſubjicientibus, *DD. jam laudati*, ita & conſervatoribus licere à proportione clericorum & exemptorum de qua aliàs ſcripſi, dicendum eſt, *de juriſdict. ord. in exemptos lib. 1. quæſt. 45.* Et quidem hoc ſenſu intelligendum cenſeo Dominum Wameſium ſentientem conſervatores irrequiſitos officium ſuum impartiri non poſſe, *conſ. 481. num. 22. de jure patronatus tom. 2.* Quamvis enim clienti invito patrocinium quod conſervatoris officio incumbit non præſtetur, *l. cum patronus 22. ff. de operis libert. l. invito ff. de reg. jur. Wameſ. d. conſ. 481. num. 22.* attamen cum de præjudicio publico Pontificiſque, cujus intereſt multos habere immediatè ſubditos, agatur, *ſcripſi lib. 1. quæſt. 1. num. 17. de juriſdict. ord. in exempt. Gail. lib. 1. obſ. 40. n. 5.* ad inſtar clericorum qui ſe alieno judici ſubjicere non poſſunt, *c. cum tempore ubi Abb. de arbitris & ſcripſi lib. 2. quæſt. 7. de juriſdict. ord. in exempt.* permiſſum eſt conſervatori officium ſuum invito etiam impartiri, exemptoſque à juriſdictione ejus cui non ſubſunt eripere. *Innocen. loco jam laudato & d. cap. ſi judex.* quod & ego de advocatiis feudalibus ſpeciali quæſtione comprobavi.

4 Deinde judices de omni injuria clericis, ex qua ſpecie ſunt exempti illatâ, poſſunt ex officio inquirere. *Marant. de ord. judic. par. 6. de inquiſit. num. 141 ṽ. ſi quis in hoc genus C. de Epiſcop. & Clericis.* injuriam autem fieri exemptis qui ad aliena tribunalia rapiuntur, dubium non eſt.

5 Denique ſicuti ſuperior, etiam qui Principe inferior eſt, poteſt ex cauſa annullare contractum per quem aliquid acquiri poterat ſubdito, *Sabarella conſ. 85. num. 3. l. venditor §. ſi conſtat. ff. cum præd.* ita & ſi coram ordinario in jus ſe vocari patiantur arguendo à contractibus ad judicia, in quibus quaſi contrahitur, *præſes loco à contracti ad judicia l. 3. §. idem ff. de pec.*

QUÆST

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN